



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXXVIII. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt die Kalandsgilde in Fürstenwalde und Müncheberg und verleiht ihren Wohlthätern einen Ablass, am 23. April 1365.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

godes ghehort dusent iar dry hondert iar an deme czwe vnde festegen iare des nesten dynstages nach des heligen blutes daghe.

Nach dem Originale.

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer verlegt die Wagenfahrt und den Zoll von Liebenberg nach Müncheberg, am 1. Februar 1364.

Wir Ludwig der Römer, von gotis gnaden Marggraf zu Brandenburg vnd zu Lustitz, des Romischen Richs oberster kemerer, Pfaltzgraf bi Rin vnd Herzog in Beyern, Bekennen openbar, das wir mit rechter wizzen vnd nach Rat vnser getruwen, die Wagenuart vnd di strazze mit dem zcoll, di hir uormals zu Lyuenberg zugegan vnd gelegen synt, von dannen gelegt haben in vnser Stat zu Müncheberg, Also daz diselbe strazze vnd wagenuart nu fursas mer nyerde anders, danne zu Müncheberg zu gan sol, doselbns wir ouch vnsern zcolner haben wellen, der von vnser wegen den zcoll dar ufborn vnd innemen sol. Hir vor wellen vnd gebiten wir, das das sunder hindernizze vnd irrunge aller vnser vndirtan furbas mer also blibe vnd gehalten werde, als das hiruor geschriben steit. Des zu orkund geben wir disen brieff versigelt mit vnsem Insiegel, dar vbir gewesen synt di vesten manne haffe von wedel von valkenborg, hans von Rochow, Ritter, Diderich Morner, Probst zu Bernow, Gebhard von Aluensleben, Cöpkin Brizzig vnd vil andere erbare lute. Geben zu Berlyn, nach Cristi geborte Drizenhundert iar dor nach in dem vir vnd Sechtzigesten jare, an vnser frowen abend Purificationis.

Nach dem Originale.

XXXVIII. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt die Kalandsgilde in Fürstenwalde und Müncheberg und verleiht ihren Wohlthätern einen Ablass, am 23. April 1365.

Henricus, dei et Apostolice sedis providentia Episcopus lubuensis, vniuersis sancte Matris Ecclesie filiis, ad quos presentes peruenerint, Salutem in domino sempiternam. Quoniam ut ait apostolus Omnes stabimus ante tribunal christi accepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet enim nos diem messionis extreme operibus misericordie preuenire, Ac hic in terris seminare, quod reddente domino cum fructu multiplicato in celis recolligere valeamus, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet vitam eternam. Cupientes igitur, vt fraternitas fratrum kalendarum, que quondam fuit in furstenwalde et nunc aliquando solet esse in Monkeberg et

aliquando in villis circumiacentibus nostre lubucensis dyocesis, que ab antiquo ordinata est, in honore omni potentis dei et beate Marie virginis ejusdem genitricis et omnium sanctorum congruis honoribus frequentetur et a christi fidelibus iugiter veneretur, quam etiam tenore presentium in nomine domini confirmamus, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui eandem fraternitatem in quatuor festiuitatibus infrascriptis videlicet Natiuitatis christi, pasche, sancti Johannis Baptiste et in festo sancti Michaelis Archangeli, quocunque et quandocunquo celebrabitur, causa deuotionis dictam fraternitatem accesserint, Matutinis Missis, vesperis seu aliis diuinis horis dicte fraternitatis interfuerint Seu qui fraternitati predictae luminaria, ornamenta comparanda seu emenda, de bonis sibi a deo collatis manus eidem porrexerint adutrices ac etiam qui qualiacunque karitativa seruicia predictae fraternitati impenderint vel quidquam pii operis vel actus prenarrate fraternitati fecerint quandocunque et quotienscunque premissa vel aliquod premissorum deuote fecerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum ejus auctoritate consili Quadraginta dies Indulgentiarum de iniuncta ipsis penitentia misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum lubuz, anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo quinto, In die sancte Adalberti martiris.

Nach dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

XXXIX. Des Bischofes Peter von Lebus Ablassbrief für Gebete, die bei dem Schlag der Abendglocke zu Müncheberg verrichtet werden, am 22. März 1369.

Univerſis ſacre Matris eccleſie Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere pervenerint. Nos Petrus, Dei et Apoſtolice ſedis providentia Episcopus Lubucenſis, ſaltem in omnium ſalvatore, Cum humana Conditio prona ad peccandum divinis affectet muneribus expiari, nos ſalutem animarum in quantum poterimus ex debito noſtri officii provide cupientes, Chriſtianum populum ad eccleſiarum limina et omnia ſubſidia irritare, ut qui remiſſi fuerant excitati per gratiam divinis operibus propenſius inardescant, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ſonitum et pulſationem ferotinam Campanæ in Monchberg in Cimiterio et aliis locis, quibus fuerint conſtituti, ter genuculando pater noſter ac angelicam ſalutationem dixerint et oraverint, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate conſili, triginta dies indulgentiarum de injunctis ſibi penitentiis in Domino miſericorditer relaxamus. Datum Selow, viceſima ſecunda die Menſis Martii, anno domini milleſimo trecentefimo ſexageſimo nono, noſtro ſub ſigillo.

Gundlingſche Urkunden-Sammlung III, 3 S. 104.